



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 8. De residentia in aliis Congregationibus actum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

runt, priusquam proximæ Sessionis dies
decideretur.

Sæcul. XVI.
A.C. 1562.

§. VIII.

*De residentia in aliis Congregationi-
bus actum.*

Priusquam Vicecomes proficisceretur,
alii adhuc habebantur Patrum con-
ventus, atque in illo die decima septi-
ma Decembris feria quinta celebrato
Nicolaus Psalmæus Virodumensis Epi-
scopus ceteris prior verba fecit, ac ser-
monem suum oppido prolixum his ver-
bis conclusit: „mea hac de re erit sen-
„tencia hujusmodi: quando quidem ex
„juris divini præscripto tenemur pascere
„gregem nobis creditum, agnoscere
„vultum pecoris, vocare nominatim,
„illi invigilare, Sacramenta administra-
„re, ordinare, visitare atque ea omnia,
„quæ functionis sunt Episcopalis, se-
„dulo exequi, & quod est in prover-
„bio, spartam, in qua nati sumus or-
„nare, idque per nos ipsos, non per
„mercenarios suffraganeos, ita necessa-
„rio adstringimur residere, non quidem
„expresso Dei verbo, sed ex necessaria
„quadam consecutione, & dependen-
„tia præcepti divini, quo Dei verbo
„præcipiuntur Episcopis ea, quæ præ-
„stari nullo modo possunt sine residen-
„tia: „ his dictis Psalmæus in reliquis
Lotha-

*Nicol. Psal.
act. Conc.
pag. 355.*

Sæcul. XVI.
A.C. 1562.

Lotharingii Cardinalis sententiæ suffragabatur, ejusque oratio in actis ab ipso met conscriptis habetur. Feria sexta die decima octava ejusdem Mensis, solemnnes exequiæ pro defuncto Navarrae Rege in Sancti Bernardini Ecclesia celebrabantur, quibus Cardinalis Lotharingius, ceterique Franciæ Episcopi intererant: meridiano autem tempore Martinus Perezus de Ayala, Hispanus Episcopus Segobiensis, doctissime multa ad reformationem spectantia dixit, quæ sibi videbantur prius discutienda, quam ageretur de Residentia, porro hanc juris divini censuit, contenditque Episcopos a Deo institutos esse, nec per vim imminui auctoritatem summi Pontificis.

Denique Euchstachius Bellayus Gallus, Episcopus Parisiensis in initio affirmabat, quod Pontificis Maximi præsentiam in hac Synodo cuperet, ut audiat omnes controversias in hac materia de Residentia, quæ jam duobus mensibus agitata fuit. His prolatis prosequatur: „Episcopi a Deo instituti sunt, non ut maneant otiosi, sed ut munus suum obeant: munia autem sua iidem non possunt exercere, nisi sint in suis Ecclesiis præsentem. Postea adhuc Præfulum alii suas quisque sententias edicebant, atque inter eos die Sabbati decima nona Decembris

Sæcul. XVI.
A. C. 1562.

Agidius Fuscararius, Bononiensis, Or-
dinis Prædicatorum, Episcopus Muti-
nensis, vir doctus, quod ex præcepto
Dei ad Residentiam Episcopi sint ad-
stricti proposuit, idque in decreto inferi
petiit, subjunxitque sibi placere, ut is,
qui duo habet beneficia, quorum alte-
rum curatum, alterum simplex, in cu-
rato residere cogatur. Die Dominica
pro more Sacrum solemne, cui omnes
intererant, celebrabatur, horisque po-
meridianis nulla habebatur congrega-
tio, feria vero secunda die vigesima pri-
ma ejusdem Mensis de eodem argu-
mento rursus agebatur, atque Ambia-
nensis Episcopus censuit, quod inter
cetera non solum decreto, ut resideant
Episcopi, inferatur, sed etiam omnia
munia Episcopi ibi recenseantur, quæ
ipsemet exerceat, quid enim inquie-
bat, alioqui residere prodesset? Postea
Spinellus Bencius, Episcopus Montis-
Politiani hunc in modum perorabat:
in stabilienda vera residentia, tria sunt
observanda, quorum primum est, ut
nominations, sive præsentationes Præ-
latorum sint bonæ, & legitimæ; II.
suasit, ut tales Episcopi, & plebani no-
minentur, quales Paulus requirit, III.
petiit, ut Concilium declaret, quo jure
teneamur ad residentiam, quamvis quoad
se

Sæcul. XVI. se videatur certum, de jure Divino
A.C. 1562. fidentiam esse.

Feria tertia, ac quarta seu vigesima
 secunda & tertia ejusdem Mensis ad-
 huc alii habebantur Patrum confessus,
 quibus finitis nulla ob Nativitatis Do-
 minicæ festivitatem amplius celebrata
 est congregatio usque ad vigesimam
 octavam diem Mensis Decembris.

§. IX.

*Vicecomes unacum mandatis circa Sy-
 nodum Romam a Legatis missus.*

Pallav. l. 19. Die vigesima sexta Decembris biduo
c. 9. num. 1. ante conventum vigesima octava
Lit. Legat. celebrandum, seu forte eadem die, qua
ad Berr. hic confessus habebatur, Tridentino dis-
28. Decemb. scesserat Vicecomes, cui injunctum, ut
Mem. lett. circa septimum Canonem discordiæ ori-
de Lansac a ginem exponeret, simulque significaret,
l'Isle 28. quod antequam hic Canon Patri-
Decembr. bus proponeretur, Seripandus recita-
pag. 361. set verba illa, *de jure Divino*, agitata
 & discussa jam vivente Crescentio Le-
 gato: insuper idem commemorare jube-
 batur turbas, & contentiones habitas
 ab Hispanis, necnon Testimonium, quod
 de rebus sub eodem Crescentio decre-
 tis tulisset Aiala, qui tamen de falsi-
 tate convictus postea fuisset a Man-
 tuano per tabulas legitimas: præterea
 Vicecomiti præcipiebatur, ut exponeret,